



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniuersæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Tomus ...**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1652-1663**

2. De Oratione vniuersim.


[urn:nbn:de:hbz:466:1-80586](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80586)

2 Theologiæ Moralis. Lib. XXVIII.

Religionis essentiam. Agam de Oratione in communi, de speciali Oratione, seu de Horarum Canoniarum priuata recitatione, de Oratione publica Chori. De Adoratione, ac denique de vitiis Religionis contrariis.

SECTIO PRIM A.

De Primo Decalogi Præcepto Receptiores absque lite Sententiæ.



CAPVT I.

De virtutis Religionis essentia.

¹ Vnde nam dicitur Religio.

QUOR de Virtute Religionis, qua mouemur Deo cultum debitum (qui est primi præcepti huius scopus) exhibere. Hæc virtus nomine Religionis appellatur à quædam, quia ea, quæ in Dei cultum cedunt relegate sunt ac separata ab vñu communi. Alij asserunt, dici à *relegendo*, quia sæpe relegenda, ac resoluenda sunt, quæ ab Dei cultum pertinent. Alij existimant, à *relegendo*, quia iterum Deum eligimus, quem peccando reieceramus. Lactantius sequor, qui l. 4. de vera sapient. c. 28. docet, Religionis nomen à *religando* derivari, quia Religionis Deo vnimur, ac religamur, lege D. Augustinum l. 1. de vera relig. c. ult.

² Religio definitio.

Religio est Virtus moralis, quæ Deo tanquam omnium Creatori, ac Domino debitum cultum, & honorem exhibet. Est Virtus, quia eius obiectum, & materia circa quam versatur, est cultus Deo debitus, quæ est valde Honestati, rationique conformis. Est virtus moralis, & non Theologica, quia non respicit Deum, vt immediatè obiectum, sed eius cultum, & reuerentiã. Omnes Doctores, cum D. Thom. 2. 2. quæst. 81. art. 4.

³ Religio obiectum.


Dens nõ est proximè Religionis obiectum, sed remotè quodammodo, & indirectè, diciturq; Obiectum Cui. Obiectum verò materiale huius virtutis sũt actiones humane, quibus referimus honore, ac reuerentiã Deo: & cõprehenduntur nomine diuini cultus, quia in virtutibus moralibus iudè actus externi, qui ab internis fiunt, secundũ se sũpti, & vt priores in ordine intentionis sunt taliũ virtutũ materia. Obiectum autem formale Religionis est, reddere Deo cultũ debitũ; quia munus iustitiæ est reddere debitũ. Religio autem est pars potestatiua iustitiæ. Quoniã autem duplex est debitũ legale, & morale, debitũ Religionis propriè est morale, fundatur enim in honestate virtutis, quod prius est debito legali. Sum. 2. de Rel. l. 1. c. 3. 7. Caiet. 2. 2. q. 81. a. 2. 3. 4. 5. Filliuc. tract. 2. 3. cap. 1. q. 2. Lessi. l. 1. cap. 36. num. 10. Becan. 2. 2. quæst. 81. quæst. 2.

⁴ Quomodo Religio ab aliis virtutibus distinguitur.

Religio distinguitur ab aliis virtutibus, quæ hominẽ rectè cõponunt in se ipso: seu nõ ad alterũ, vt à Tẽperatiã, Fortitudinẽ. Distinguitur etiã ab omnib. ijs, quæ hominẽ disponũt in officiis ad proximũ, vt à misericordiã & iustitiã particulari. Quia Religio disponit hominẽ ad Deũ. Distinguitur præterea à virtutibus Theologicis A. Fide quidẽ quia Fides est virtus intellectus, Religio affectus, sæpè tamen Fides vocatur Religio, quia est Religionis fundamẽtũ, ac regula. A. spe, & Charitate, quia hæc virtutes immediatè attingũt ipsũ Deũ tanquã proprium obiectum

Religio verò nõ versatur immediatè circa Deũ sed circa Dei cultum, id est circa signa interna, vel externa, quibus Deus honoratur, & colitur. Sylui. 1. 2. q. 81. a. 2. Suar. l. 3. c. 1. n. 2. Lessi. l. 1. c. 36. du. 2. n. 7. Filliuc. tr. 2. 3. c. 1. q. 4. Becan. 2. 2. q. 81. q. 1.

Omnes actus omnĩũ virtutũ aliquo modo possũt ad Religionis virtutẽ spectare, quatenus ab ea imperari possunt, seu in cultum, & gloriam Dei referri. Quia cũ homo est rectè affectus per Religionem erga gloriam, & cultum Dei potest facile excitari ad exercendos actus aliarũ virtutum in eum finẽ, vt gloriam Deo asserant. Proprii autẽ illi sũt Religionis actus, seu ab ea proximè dicuntur, qui peculiariter continet quãdam subiectionẽ creaturæ erga Deũ supremum omnium Dominũ. Vnde iuxta diuersitatẽ eorũ, quæ Deo ab homine subiiciuntur, diuersi sũt Religionis actus. Triplex verò est bonũ hominis, quo per Religionẽ Deo subiicitur: primum est bonũ mẽtis spirituale, & hoc subiicitur Deo per actũ deuotionis, quæ nihil est aliud quã feruor, & promptitudo voluntatis ad diuinũ cultũ; quæ nascitur ex cõsideratione diuinæ excellẽtiæ, seu affluentia bonorũ, quæ perenniter ab ea in nos dimanant: & ex cõsideratione nostræ miserie, quæ ex nobis ipsis gerimus. Subiicitur etiã bonum mentis nostræ Deo per Orationem, quæ est applicatio nostri desiderij apud Deũ, vt aliquid ab ipso impetremus. Præterea subiicitur Deo per actũ vouẽdi, & iurandi, ac per Sacramentorum vñum. Alterum bonum est externum corporis nostri, & hoc Deo per externam adorationem subiicitur. Omnes Doct.



CAPVT II.

De Oratione vniue. sim.



RATIO est actus rationis practica desiderij animi corã Deo explicatis, vt aliquid ab ipso impetretur. Dicitur actus

rationis, quia oratio elicitiue est ab intellectu seu ratione, supposito actu voluntatis mouetis. D. Basil. orat. in Tulis. oratio, (ait,) est boni cuiusdã peritio, quæ à pijs ad Deũ effuditur. Additur practica, quia desiderij animi nõ pandimus coram Deo, vt illud cognoscat, sed vt moueatur ad rem, quam cupimus, præstandam. Laym. l. 4. tract. 1. cap. 1. num. 1. & omnes.

Oratio ad Deũ homini viatori necessaria est necessitate medijs ad salutem, secundum ordinem à Deo præscriptũ modum homines adultos saluandi. Quia & rerum naturis, & snauis prouidentia ac gubernationi Dei rationalium creaturarum cooperationem exigentis congruit, vt postea quam homines Deum authorẽ, & infirmitatis suæ adiutorem agnouerunt, eius necessarium auxilium quærant, desiderant, & humiliter petant. Suar. tom. 2. de Relig. l. 1.

Seci. I. De Præcepto I. Receptiores Sent. 3

1. 1. cap. 28. ex D. Thom. 2. 2. q. 83. art. 2.

8
E. necessa-
ria necessi-
tas per se.

Oratio est necessaria ad salutem necessitate præ-
cepti diuini, ac naturalis. Quia Christus Domi-
nus profatur. *Uigilate, & orate, ne introitis in con-
tationem.* Mat. 28. Deus enim iubet, ut ad salutem
nostram cooperemur, adhibentes medium hu-
milis subiectionis, & cultus per petitionem eorū,
quæ nobis ab ipso sūt necessaria. D. Tho. 2. 2. q.
83. art. 3. ad 2. Durand. in 4. dist. 15. quæst. 12.
Medi. de orat. quæst. 9.

9
Quo tempore
nisi sit
f. g. g. g.

Determinari nequeunt tempora, quibus præ-
ceptū orandi per se, & ex Religionis virtute obli-
gat. Necessè tamē est, ut nō nimis diū ab oratio-
ne desistamus. 1. Thesal. 4. *sine intermissione orate.*
Quia continuum cum hostibus nobis spirituale
est bellum. Suar. l. 1. c. 30. n. 15. & 16. Palud. in 4.
dist. 15. q. 5. a. 1. Less. l. 2. c. 37. n. 11. Valen. 10. 3. d. 6.
quæst. 1. p. 1. Laym. l. 1. tract. 1. cap. 1. n. 3. Per
accidens autem, siue ob occurrentem aliquem
eventum plures orandi obligationes, saltem ex
Charitatis virtute provenientes ab his, aliisque
Doctoribus annumerantur, nempe: si gravis tē-
tatio sit superanda, si eximium à Deo benefi-
cium ad salutem necessarium sit homini conse-
quendum. Si mortis propriè imminet pericul-
lum. Si communitas in magno sit constituta
periculo. Si proximus in spirituali necessitate
sit constitutus, ut si quis videat duos ad duel-
lum properantes, nec aliter impedire possit. Sed
huiusmodi obligatio rara est. Quia conari ad
proximum à peccato liberandum non tenemur,
nisi probabilis spes sit securæ liberationis. Syl-
vest. 7. Oratio. q. 8. Nauar. sum. c. 13. n. 18. Suar. ci-
tat. c. 30. in fine. Less. n. 11.

10
Dicitur
quod possunt
aut.

Peccatores bene orare possunt, & orantes ex-
audiuntur. D. August. tr. 44. in Ioa. si peccatores
Deus non exaudiret, frustra ille publicanus
oculos in terram demittēs, & pectus suum per-
cutiēs diceret: Domine propitius esto mihi pec-
catori. Apud Mat. 7. Dominus: Omnis qui petit
accipit. Addit Aug. Impens. in Mat. *sine iustus*
fit sine peccator. Pergit D. Tho. in 4. dist. 14. q. 4.
a. 16. *Modo adsint he quatuor conditiones, ut pro*
se petat, necessaria ad salutem pie, & perseveran-
ter. Tunc Deus secundum misericordiam suam
etiam peccatores ad se accedere incipientes ex-
audiat. Neque obstat illud Cæci: *Simus, quia pec-*
catores Deum non exaudiat. Ioa. 9. Nam strictum id
est Cæci, qui nondum perfectè instructus, &
S. Spiritus inunctus erat. Gabr. lect. 59. & 63. &
omnes communiter.

Animæ in Purgatorio constitutæ pro se orāt.
Quia cū poena afficiantur gravi quidē ex igne,
& grauiori admodū ex desiderio Deum aspectā-
di, Deo hunc affectum humili petitione expli-
cant saltem ut exiter fidelium in eternis existi-
tium animos ad suffragia pro illis ferēda. Alenf.
4. p. q. 91. m. 1. b. 4. Valen. 10. 3. d. 6. q. 1. p. 1. 6. Less.
l. 2. c. 37. dub. 3.

11
Quæ pro ne-
cessariis An-
geli, & homi-
ni.

Sancti in superis pro nobis orant, etiam in
particulari. Assertio est de fide. Ioa. 1. Angelus
afflictionem populi miseratus, ita Dominum de-
precatus est: *Domine exercituum usque quo tu nō*
miserereberis Ierusalem, & Urbem Iuda, quibus
iratus es? Vbi D. Hieron. Angelus, qui interpel-
lat pro Israël occasione accipit pro populo de-
precandi. Legimus I. n. 15. gaudiū esse in cælo,
si peccator ad poenitentiam reuertatur: cui
nisi quia Angeli; alique beati desiderij sui ac
voti compotes fiunt. Hinc colligitur Beatos in
cælo rectè à fidelibus inuocari, ut opē à Deo, cui
Esob. & Mend. Theol. Moral. T. IV.

coniuncti sunt, impetrēt. Cyril. in 1. Num. c. 31.
n. 26. Enleeb. de prepar. Euang. l. 13. c. 7. Basil. hom.
in 40. Mart. & alij passim.

Christus, ut homo etiam nunc in cælis orat
Patre suum cœlestē pro nobis. Ioa. 14. Ego, in-
quit, rogabo Patre, & alium Paraclitū dabit vo-
bis, & Hebr. 9. *saluare in perpetuum potest, acce-*
dens per semetipsum ad Deum, semper vivens ad
interpellādū pro nobis. Sua. in 3. p. 10. d. 45. f. 1.
Vasq. de ador. l. 1. d. 4. c. 1. n. 51. Less. l. 2. c. 37. du. 5.
Pro damnatis nefas orare. Quia in statu sunt,
quo neque dilectionis Dei, aut hominum, ne-
que fructus ex oratione nostra possunt esse ca-
paces. D. Gæg. l. 4. Dialog. cap. 44.

12
Christus Do-
minus orat,
ut homo.

13
Pro damna-
tis, nefas ora-
re.

Pro Beatiss. in cælo ferre non oramus, sed po-
tius ut ipsi Deū pro nobis exorēt. Quia oratio-
nibus nostris ipsi non indigēt: sed nos eorū pre-
cibus indigemus. Porro nihil obstat quominus
Sācto gloriæ accidentis augmentum desiderē-
mus, & à Deo petamus. Ideo ferre dixi Suar. de
orat. l. 1. c. 14. Innocent. III. ad c. Cum Marthe. de
celebr. Missar. ex Aug. ser. 17. de v. 2. A. post.

14
Pro beatiss.
formē non
oramus.

Pro animabus in Purgatorio existentibus, ut à
poenis eripiantur, salubriter nos orare ex Fide
est certū. 1. Machab. 12. *Sancta, & salubris est co-*
gnitio pro defunctis exorare, ut à peccatis soluan-
tur. Lege D. August. l. de cura pro mortuis, c. 11.

15
Oramus salu-
riter pro de-
functis.

Pro omnibus hominibus viatoribus seu in ge-
nere, seu sigillatim rectè orare possumus. Quia
omnes indigēt auxilio, & gratia Dei. Ergo om-
nibus à Deo auxiliū desiderare, ac petere possumus,
quandiu eius capaces sunt. Sed et si aliquis
obstinatissimus peccator appareat, nefas tamen
est, eum à communibus orationibus tanquam
reprobū excludere. Suar. l. 1. de orat. c. 15. lege D.
Tho. q. 83. a. 7. ad 3.

16
Et pro omni-
bus viators
bus.

Verū bona illa spiritualia, quib. per se homo
malè uti non potest, absolute à Deo sūt postu-
landa ita, ut eis opposita nefas sit petere. Quia
homo viator quā maximè desiderare, ac petere
debet finē vitæ æternæ, & media eō per se con-
ducunt: quæ autem ipsis opposita sūt detestari,
ac auferre. At ad vitā æternā per se conducit
spiritualis gratiæ auxilia, virtutes tum superna-
turales, tum etiam morales acquirite, earumque
actus. Patet ex Dominica Oratione, in qua cō-
stituto fine, quē in primis desiderare, ac petere
debemus, videlicet Dei gloria, & nostra beattitu-
dine, deinceps oramus quæ tanquam media ad
hūc finē cōducere possūt, nobis impetiri: mala
autē impediencia auerti. Suar. l. 3. de orat. c. 8. Est
autē dominica Oratio omnium aliarū Oratio-
nū sanctarum Exemplar, aut compendium. D.
Augustino fante, Epist. 162. ad Probam, c. 12.
Qualibet alia verba dicamus, quæ affectus oran-
tis format, nihil aliud dicimus, quam quod in ista
Dominica oratione possumus est, si rectè, & con-
gruenter oramus.

17
Quæ bona
hominis abso-
lutè sunt pe-
ti possunt.

Quæ hominis bona absolute sunt, ita tamen
ut eis malè uti possit, puta scientiæ, & artes, cor-
poris vitæ, sanitas, membrorum integritas, à Deo
absolute, seu nulla expressa conditione tum no-
bis ipsis, tum aliis rectè petimus. Quia eiusmodi
bona sunt naturales perfectiones hominis. Ergo
per se, & absolute appetibilia sunt secundum re-
ctam rationem, & consequenter à Deo tanquā
authore rectè, & congruenter efflagiantur.
Suar. l. 3. de Orat. c. 17. n. 2. ex Augustino.

18
Quæ sunt,
indifferentia
ad bonum
vel malum
usum possunt
peti, si expe-

Licitum est interdum ob bonum finem pe-
tere temporalia mala, scilicet corpori mor-
tem, agritudinem, dolorem, &c. Quia licet hæc
sunt

19
Licitum est
interdum pe-
tere tempo-
ralia mala.

